Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antiphonale et Graduale Schutterense - Cod. Schuttern 10

Ganter, Joachimus

[Schuttern], [18. Jahrh.]

Missae et Officia defunctorum

urn:nbn:de:bsz:31-72294

Visual Library

PRO FID. DEFUNCTIS.

Quandocunque inſtituitur Proceſſio funebris ad Tumbam, cantatur ſequens Reſponſorium.





℣. Dies illa dies iræ, calamita-



tis & miſeriæ dies magna & a-



mara valde. *Dum veneris. Supra.* ℣ Requie



æternam dona eis Domine, & lux

perpetua luceat eis. *Libera. Ab initio.*

His finitis quandoque dicuntur ſequentes

Veſperæ Defunctorũ.

Antiphona. Placébo Dómino † in regióne vivòrum.

Pſalm. Dilexi, quoniam. fol.

In fine cujuslibet Pſalmi & Cantici dicitur ℣.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat ejs.

Añа. Hei mihi † Dómine, quia incolâtus meus prolongâtus eſt.

Pſalm. Ad Dñm, cum tribularer. fol.

Añа. Dóminus † cuſtôdit te, ab omni malo: cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Pſalm. Levavi oculos meos. fol.

Añа. Si iniquitates † obſerváveris Dñe, Dómine quis ſuſtinêbit?

Pſalm. De profundis. fol.

Añа. Opera † mánuum tuârum Dómine ne deſpícias.

Pſalm. Confitebor.... quoniam audiſti. f.

℣. Audivi vocem de cælo dicéntem mihi. ℟. Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.

Ad Magnificat Antiph.

Omne † quod dat mihi Pater, ad me véniet: & eum, qui venit ad me, non ejíciam foras. Celebrans Pater noſter. ſecretò. Et ne nos. &c.

Pſalm. Lauda anima mea Dñm. f.

Quando verò omittitur hic Pſalmus, tunc ſtatim poſt Magnificat & ejus Añam (aliàs poſt dictum Pſalmum) à ij. Cantoribus cantatur ſequens:



Celebrans.

ſecretò. Interim aſpergit & thurificat Tumbam in utroque latere. poſtea

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum. &c.

Oremus.

Sequens Oratio dicitur in Die Comem. Omn. Fidel. Defunctorum.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animâbus famulôrum famulárũque tuârum remiſſiônem cunctôrum tríbue peccatôrum: ut indulgéntiam, quam ſemper optavérunt, pijs ſupplicatiónibus conſequántur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte.

Sequens Oratio dicitur in die Comem. Omn. Fidel. Defunct. Ord. S.P. Benedicti.

DEus véniæ largítor & humánæ ſalûtis amátor: quæſum9 cleméntiam tuam; ut noſtræ congregatiônis fratres, qui ex hoc ſæculo tranſiêrunt, beáta MARIA ſemper Vírgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis ad perpétuæ beatitúdinis conſórtiũ pervenîre concédas. Per Dñm.

Sequens Oratio dicitur in Anniverſario Die.

DEus indulgentiârum Dñe, da animâbus famulorum (famularúmque tuarum), quorũ anniverſárium depoſitiônis diẽ cõmemorâmus, refrigerij ſedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. Per Dóminum.

Sequenti verò die poſt Miſſam ad Tumbam fit ſemper Abſolutio ſeq. Oratione.

ABſólve, quæſumus Dómine ánimam [s] famuli tui N. [adde conditionem] animas famulorum famularumque tuarum] ab ómni vínculo delictôrum: ut in reſurrectiônis gloria inter ſanctos & eléctos tuos reſuſcitâtus [i] reſpírẽt. Per Chriſtum.

Ultimo ſemper additur à Celebrante formando Crucem ſuper Tumbam.

℣. Requiem æternam dona ei[s] Domine
℟. Et lux perpetua luceat ei

Deinde II. Cantores.



Tunc iterum redeundo in Chorum cantatur una ex Antiphonis B.M.V. ſecundùm diverſitatem Temporis.

Ad Miſſam Introitus.





Psal. Te decet hymnꝰ Deus in Si-
on, & tibi reddetur votum in Je-
rusalem: exaudi orationem meã,
ad te omnis caro veniet.
Requiem. ab initio.
Kyrie 5. e lei ſon. Chri-
ſte e 3. le iſon. Kyrie e 1.
- le i ſon.
Graduale.
REquiem æter nam, dona
e is Domine, & lux perpe-
tua luceat e is. ℣. In
memoria æterna e rit ju-
- ſtus, ab auditione ma -
la non - time - bit.
Tractus.
Abſol ve Do mine animas
omnium fidelium defuncto-
- rum ab omni vinculo delicto-

= rum. Et gratia tua illis
ſuccurrente = mereantur e-
vadere judicium ultio =
nis. Et lucis æter næ be-
a titu dine per = frui.
Offertorium.
D O mine Jeſu Chriſte
Rex glo riæ li bera
animas omnium fide lium de-
- functorum de pœnis infer -
ni, & de profundo la cu. libera
eas de ore leo = nis, ne ab-
ſorbeat eas tar tar9, ne cadant
in obſcu rum. Sed ſignifer ſct9
Michael repræſentet e as
in lu cem ſanctam. Quam olim
Abrahæ promiſi ſti & ſe-

mini e jus. ℣. Hoſtias & pre
ces tibi Domine laudis offerimꝰ,
tu ſuſcipe pro animabꝰ illis
quarum hodie memoriam facimus:
fac eas Domine de morte tranſi-
- re ad vitam.
Quam olim ſupra *
S. An 2. ctus Sanctus Dñꝰ
Deus ſabaoth. Pleni ſunt cæli
& terra gloria tua. Oſanna in ex-
celſis. Benedictus, qui venit in
nomine Dñi. Oſanna in excelſis.
A Gnus Dei, 3. qui tollis pecca-
ta mundi, Dona eis requiem.
tertia vice adde ſempiternam.
Communio
L Ux æterna luceat eis Do-
mine. * Cum ſanctis tuis in æ-

ter num, quia pius es. ℣. Re-

quiem æternam dona eis Dñe:

& lux perpetua luceat eis. *Cum Sctis. ſupra.*

IN SEPULTURA alicujus Confratris demortui.

Hora competenti dictô Nonâ Canon. dicitur integrum Offic. Def. quo finito Celebrans Prior cum Miniſtris in Paramentis Nig. color. præeunte Cruce & omnib⁹ Fratribus froccis indutis & cereos extinctos geſtantibus procedit in Domum Capitularem; ibi accenſis cereis aſpergit Funus ter Aqua benedicta, tum incipit indirectum Antiph. Si iniquitates. & Hebdomadarius Pſalm. De profundis. cum Requiem in fine, & repetita Antiphonâ Si iniquitâtes obſerváveris Dómine: Dómine, quis ſuſtinêbit.

Funus effertur in Eccleſiam, Celebrante intonante Antiphonam:

Exultabunt Dominô. *Cantor ſubdit Pſ. Miſerere mei Deus. in tono ſecundo.*

Cùm perventum fuerit ad januam Eccleſiæ terminetur Pſalm⁹, quamvis nondum completus ſubdendo Clauſulam Requiem. & Antiphon.

Exultabunt Domino oſſa humiliata. *Et ſtatim intonatur Reſponſ. ſeq.*

Subvenite Sancti Dei occurrite Angeli Domini. Suſcipientes animam ejus. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. ℣. Suſcipiat te Christus qui vocavit te, & in ſinu Abrahæ Angeli deducant te. *Suſcipientes. ſupra.* ℣. Requiem æternam dona ei Domine & lux perpetua luceat ei. *Offerentes ſupra.*

His finitis, & poſito funere ſupem Lecticam diſcedatur, & fiat Miſſa de Requiē. hac finita iterum omnes proceſſionaliter ſed in ſilentio adeant & circumſtent funus Celebrans verò indutus Pluviali ſtans verſus Crucem ad pedes Defuncti abſolutè dicit ſeq. Orationem in tono lugubri.

NOn intres in judícium cum ſervo tuo Dómine, quia nullus apud te juſtificábitur homo, niſi per te ómnium peccatôrum ei tribuátur remíſſio, non ergo eam quæſumus tua judiciâlis ſenténtia premat, quem tibi vera ſupplicátio fídei Chriſtiánæ comméndat: ſed grátiâ tuâ illi ſuccurrénte mereátur evádere judíciū ultiônis, qui dum víveret, inſignítus eſt ſignáculo ſanctæ Trinitátis. Qui vivis & regnas in ſæcula.

ſæculorum. ℟. Amen.

Poſtea incipiente Cantore cantatur Reſpons. Libera me Dñe. ſup. fol. cxlij. voce Tenore uniſona. hoc finito cantutur Kyrie eleiſon ut ſupra poſt Veſp. Def. dein Celebrans cantat Pater noſter. ſecretò, ſub quo aſpergit & incenſat funus in utroque latere. poſtea ſtans dicit.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.
℟. Sed lìbera nos à malo.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exaudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dominus vobíſcum. ℟. Et cum

Oremus.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper & párcere: te ſupplices exorâmus pro anima fámuli tui. N quam hódie de hoc ſæculo migrâre juſſiſti: ut non tradas eam in manus inimíci, neq; oblivíſcaris in finem: ſed júbeas eam à ſanctis Angelis ſuſcipi, & ad Pátriam paradíſi perdúci: ut quia in te ſperâvit & crédidit, non pœnas inférni ſuſtíneat, ſed gáudia ſempitérna poſſídeat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita Oratione funus defertur ad ſepulchrum, & cantatur ſequens Antiphona.

IN paradiſum deducant te Angeli in tuo adventu ſuſcipiat te Martyres, & perducant te in civitatem ſanctam Je-ruſalem. Chorus Angelorum te ſuſcipiat: & cum Lazaro quondã paupere æternam habeas requiem.



Celebrans hic benedicit Sepulchrum, ſi nondum eſt benedictum, dicendo: Oremus.

DEus, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéſcunt: hunc túmulum benedícere dignâre, eiq; Angelum tuũ ſanctum deputa Cuſtôdem, & quorũ córpora hîc ſepeliúntur, ánimas eôrum ab ómnib9 abſólve vínculis delictôrum, ut in te ſemper cum Sanctis tuis ſine fine lætèntur. Per Chrm Dñm noſtrum. Amen.

Aſpergit ter & incenſat funus & tumulum. Mox demittitur funus in Sepulchrum, & Celebrans facto in terram Crucis ſigno injicit humũ tribus vicibus ſuper funus dicens:

Memento homo, quia pulvis es, & in púlverem revertêris.

Poſtea ipſe Celebrans incipit ſolùm Antiph. Ego ſum. ut ſequitur. & mox Cantor incipit Canticum Benedictus Dominus Deus Iſrael. omnino moroſè protrahendo eum, ut ſub eo Religioſi omnes poſt Miniſtros ſecundùm ſeniũ tectis capitibus & funus aſpergere & humo condere valeant.

Finito Cantico repetitur Antiphona.

EGo ſum † reſurrectio & vita: qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit vivet: & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum. 2.

Dein Cantores iterum intonant Kyrie eleiſon. &c. tum Celebrans ſubdit in cantu Pater noſter. & Sepulchrum aſpergit, dein Et ne nos cum reliq. ℣℣. ut paulo ſupra.

Oremus. Oratio

FAc, quæſumus Domine, hāc cum ſervo tuo defuncto miſericórdiam; ut factôrum ſuôrum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntâtem: ut ſicut hîc eum vera fides jūxit fidélium turmis; ita illic eum tua miſerátio ſóciet Angélicis choris. Per Xp̄m Dn̄m noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem ætérnam dona ei Dómine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

Cantores cantant: Requieſcant in pace ℟. Amen. ut ſupra.

Dein Celebrans dicit indirectum: Anima ejus & ánimæ ómnium fidélium defunctôrum per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

¶. Si Celebrans etiam ligneam Crucem tumulo infigit, dicat: Signum † Salvatoris † noſtri † Jeſu Chriſti Domini noſtri ſit ſignatum ſuper te, qui in hac imagine redemit te.

De Sepulchro revertentes, Celebrans indirectum dicit. Si iniquitates. & Chorus Pſalm. De profundis. in fine Requiem. & Antiph. Si iniquitates obſervaveris Domine: Dn̄e quis ſuſtinebit? & erit finis.

Per xxx. Dies Miſſa pro defuncto Confratre celebratur, & quotidie à Primiſſario ad Sepulchrum ejus fit Abſolutio modo ſeq.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Antiph. Si iniquitates.

Pſalm. De profundis clamavi.

Ana. Si iniquitates obſervaveris Dómine Domine, quis ſuſtinebit? Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ſub quo aſpergitur Sepulchrum. Et ne nos inducas in tentationem. cum reliq. vv. ſupra folio præced. dictis. ſequitur Oratio.

Oremus.

ABſólve, quæſumus Dn̄e, ánimā fámuli tui N. ab omni vínculo delictôrum: ut in reſurrectiônis glória inter Sanctos & electos tuos reſuſcitátus reſpíret. Per Chriſtum Dn̄m noſtrum. Amen.

Requiem † æternam dona ei Dne. &c.

Requieſcant in pace. Amen.

¶. In ſeptimo, trigeſimo & Anniverſario Die Officium ſum̄um de Requiem fit ab Hebdomad.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg